

renti non restituendi, vere furtum facit, & actione furti tenetur, textu expresso in *leg. Falsus 43. §. 4. ff. de furtis, ibi: Quid alienum qui jacens lucri faciendi causa rutilis, furti obstringitur, sive scivit, cuius sit, sive ignoravit, nihil enim ad furtum minuendum facit, quod, 74 cuius sit, ignoret. Hinc si quis aliquam rem invenit ignorans cuius sit, tenetur de rei domino debite, & sufficienter indagare, v. g. per promulgationem ex cathedra, vel per precationem, vel per schedulam publico loco affixam juxta qualitatem, & estimationem rei inventae, aliter, si hanc indagacionem omittat, & rem retineat, furti tenetur, *arg. leg. Falsus 43. §. 4. ff. de furtis*, quia animo retinendi fraudulenter eam accepisse censetur. Si autem post dictam, vel consimilem diligentem indagacionem nulla amplius spes de domino comparituro appareat, probabilius tenetur hujusmodi rem inventam pauperibus, vel ad pias causas erogare, cum hac credatur voluntas domini; *Sic S. Thomas 2. 2. q. 66. art. 5. ad 2. Covarrubias Regula Peccatum part. 3. §. 1. n. 2. Navarrus in Manual. cap. 17. num. 171. Molina de Justitia, & iure tract. 2. disp. 746. & alii passim contra aliquos contrarium sustinentes cum Reiffenstuel lib. 5. decret. tit. 18. num. 20. 21. & 22. Vide verb. Dominium art. 3. ubi abunde de his, & similibus.**

75 Fur pyxidid in Ciborio, in qua servatur SS. Eucharistia Sacramentum, spargens particulas in Ciborio, bene, & valide fuit ab Episcopo extractus ab ecclesia, & causa remittitur ad S. Officium; *Sacr. Congr. Immun. in Lucana 2. Dec. 1681. lib. 2. decr. Alt. pag. 2290. Et quatenus Sac. Congr. S. Officii tenetur procedere in hac causa, Episcopus procedat ipse juxta suas ordinarias facultates; In eadem 23. Januarii 1682. lib. 3. dec. Altov. part. 8. (Vid. verb. Forum. in add. hisp.)*

76 Fur pyxidid cum indecenti projectione SS. Sacramenti in terram, mandante Sanctissimo, cum istud sit crimen laese majestatis divinae, & heresis, consignatur a curia ecclesiastica, in cujus foris existit, curiae seculari condigne punitendum; *Ead. Sac. Cong. Immun. in Syracusana 6. Aprilis 1692. lib. 1. Decr. Paul. p. 132. Et sic statuit etiam Innocentius XI. consist. 1. incipient. Ad nostri Apostolatus auditum.*

77 Mandatur Archiepiscopo, ut extrahat a loco immuni furem sacrilegum pyxidid a Tabernaculo, ac retineat in carceribus Ecclesiasticis, etiam adhibita particulari custodia, conficiat processum, ac transmittat; *Ead. Sac. Cong. Immun. in Neapolitana 22. Jan. 1697. lib. 2. Decr. Vallem. p. 71.*

78 Furans vero pyxidem, seu vas sacrum gaudet immunitate eccles. si tempore furti non extet in pyxide sanctissimum Eucharistiae sacramentum; *Eadem Sac. Congr. in Squillacen. 26. Maji 1632. lib. 2. Decr. Paul. p. 128. Sic quatenus constet particulas repertas apud furem sacrilegum non esse consecratas fur restituendus est ecclesiae, de rebus vero furto sublati Episcopus disponat prout iuris; Eadem Sac. Congr. Immunit. in Egubina 3. Februarii 1673. l. 1. Decretal. Altviti p. 895.*

79 Fur rerum sacrarum, & signanter pyxidid sine tamen particulis, pacifice, & quiete degens in loco furti gaudet Immunitate; sed annuente Sanctissimo condemnatur ad poenam extraordinariam exilii; *Eadem Sac. Cong. Imm. in Crovatis Castellana 10. Junii 1681. lib. 1. Decr. Alt. p. 2204. Item furans in ecclesia argenta, & alia pretiosa B. M. V. oblata de rigore non privatur Immunitate, ex licentia tamen Sanctissimi potest puniri poena tritemium; Ead. Sac. Cong. Immun. in Placentina 21. Nov. 1635. lib. 2. Decr. Paul. p. 238. in Mantuana 14. Novem. 1645. lib. 3. Decretal. Paul. p. 264.*

80 Fur sacrilegus quatuor lampadarum argentearum in ecclesia, & postea confugiens ad alliam ecclesiam, & deinde exiens ab ista tempore quo Baroncellus edita opera cum expectabat, ut carceraretur, sicuti de facto carceravit, gaudet Immunitate; Sed mandante Sanctissimo retinetur in carceribus ecclesiasticis & conficitur processus a curia episcopali, attentis gravibus delicti circumstantiis; *Eadem Sac. Cong. Immun. in Spoletana 3. Jul. 1674. lib. 1. Decr. Alt. p. 963.*

81 Furans in ecclesia gaudet Immunitate, sed potest puniri aliqua poena leviori; *Eadem Sac. Congr. Immun. in Squillacen. 18. Mart. 1631. lib. 2. Decretal. Paul. p. 100. Simpliciter fures gaudet Immunitate, adeoque suo restituenti Ecclesiae; Eadem Sac. Congr. Immun. in Sorana 15. Januarii 1697. lib. 2. Decretal. Vallem. p. 133. Sed merces, & pecuniae restituantur integre, reservatis juribus reprehendiendi alimenta praestita furibus carceratis, quibus de jure: Eadem Sac. Cong. Immunit. lib. 2. Cum facultate Sac. Congr. possunt extrahi fures ab ecclesiis ad correctionem, quando reperiuntur actualiter furantes; Eadem Sac. Cong. Immun. in Urbevstana 5. Junii 1694. lib. 1. Decret. Vall. pag. 127. Curia episcopalis non potest absque dicta facultate extrahere fures, nec res furto sublatas; Eadem Sac. Congr. Immun. in Perusina 1. Martii 1695. dict. lib. pag. 176. Neque ad effectum vitandi popularem tumultum; *ibidem. Et si extraxerit, Sac. Congreg. mandat Episcopo, ut faciat restitui; ibid.**

Episcopus cum facultate apostolica potest extrahere res furto sublatas, dummodo non permittat consignari judici laico pro corpore delicti; *Eadem Sac. Congreg. Immunit. in Ravennaten. 5. Novembris dict. An. & lib. pag. 227. Verum jussu Sanctissimi injungitur Episcopo Faventino, ut consignet curiae legationis Ferrariae septem fures detentos in suis carceribus una cum processu contra illos formato cum solita praeservatione; Eadem Sac. Cong. Immun. in Faventina 17. Aprilis 1694. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 119.*

In causa furti nocturni cum qualitate de scolata, ut dicitur & cum fractura portarum, jussu Sanctissimi datur Legato Urbini facultas examinandi Cancellarium Vicarii Forani, ac procedendi contra eum, si culpabilis reperitur; *Eadem Sac. Cong. Immun. in Urbinate. 25. Maji 1694. dict. lib. p. 123. Deinde idem Sanctissimus praecipit dicti Episcopo, ne ulterius procedat in eadem causa, sed procedat tribunal Legationis; In eadem 5. Junii ib.*

Quamvis latro extractus gaudeat immunitate eccles. atamen conceditur facultas Ordinario ipsum retinendi aliquo tempore in carceribus pro exemplo aliorum, ac attenta mala ipsius qualitate, & circumstantiis facti; *Eadem Sac. Congreg. Imm. in Pisana 23. Aug. 1633. lib. 2. Decr. Paul. p. 169.*

Annuente Sanctissimo conceditur Ministris Montis Pietatis Foroliviens. ut possint offerre de pecuniis Montis praemium scutorum 300. defectori, seu propalatori furti facti cum fractione mari in dicto Monte scutorum 2500. ac etiam conceditur de mandato Sanctissimi facultas Em. Legato promittendi impunitatem alicui complici in delicto arbitrio Eminentiae suae; *Ead. Sac. Cong. Immun. in Foroliviens. 16. Maji 1697. l. 2. Decr. Vallem. p. 80.*

Fures rerum privatarum in compedibus vitam agere, 77 publicarum in auro, & purpura conspicuos incedere, ait Cato in sentent. apud Ursayam in 1. Miscellaneo sacro, & profano lit. F. num. 173.

An civilis poena dupli, vel quadrupli prout furtum erat manifestum vel non manifestum, a jure Romano statuta adhuc obtineat, negat Groenowegen. de legib. Abrogat. Instit. tit. 4. lit. 1. §. 4. n. 1.

Quoad poenam publicam eadem non est pro furto 99 cum violentia commisso, ac pro furto non violento. Quoad vero ipsam furtum non violentum oportet distinguere; nam sit primum, an secundum, an tertium. Valior etiam rei furtive inspiciedus est in hoc furto non violento. Tunc illud videndum, an sit domesticum. Vide de varia furti poena publica, prout varium est ipsum furtum, egregie disserentem Stryk in usu modern. Pandect. lib. 47. tit. 2. ser. per tot.

Illud breviter est examinandum, an poena mortis pro furto sit justa. Negant aliqui, quia nulla est proportio inter poenam hanc, & delictum. Addunt, quod jure divino non poena mortis, sed dupli, quadrupli &c. solum in fures statuta est Exod. 22. v. 1. scqq. At affirmant Carpzov. prax. crimin. quest. 77. Hoppius in comment. ad §. 5. Instit. de Obligat. que ex delict. nascunt. in usu hodiern. In interrogacione enim poenarum non ad 102 de-

delicti quantitatem, id est ad rem circa quam delinquitur, sed ad qualitatem, id est ad osam legis transgressionem, & exinde propulsiorem turbationem societatis humane respiciendum est. Hinc nullum dubium est, quin poena mortis pro justa haberi debeat. Quod vero atti-

net ad legem Mosaicam, quum ea in parte haec, in qua de furto dispositum, sit mere forensis, nihil impedit quominus Princeps duriores quoque poenas circumstantiis ita exigentibus furibus dicere valeat. (Vid. verb. seq. ubi hic omissum inseritur.)

G

GABELLA, GABELLARIUS.

SUMMARIUM.

- 1 GABELLA unde dicta, & quae significatio.
- 2 Gabella, dacia, talea, passagium, pontvegium, guidagium, & hujusmodi sunt species certi tributi, & exactionis, & praecipuum horum tributorum, & exactionum nomina, & significata hic recensentur.
- 3 Appellatur ista exactionis, seu contributiones aliquando tributum, & quare.
- 4 Tributum stricte sumptum quid sit.
- 5 Tributum dividitur in ordinarium, & extraordinarium, & quid sit utrumque.
- 6 Tributum ab hoc dividitur in tributum, quod imponitur personis, & in tributum, quod imponitur rebus: quibus nominibus distinguatur, ad num. 15.
- 16 Ad justitiam gabellarum tres potissimum conditiones requiruntur, ad num. 20.
- 17 Imponentes gabellas novae sine dictis conditionibus praeter restituendi obligationem, incurrunt excommunicationem.
- 18 Assignantur plures casus, in quibus Principes non solum gravissime peccant, sed etiam ipso facto excommunicationi subjacent, & ad restitutionem tenentur.
- 19 Deservientes gabellas peccant pro materiae quantitate graviter, vel leviter, & ad restitutionem tenentur.
- 20 Subditis, & quicumque alii negotiarios secundum graves Doctores non obligantur in conscientia solvere gabellas, antequam petantur ab Exactoribus.
- 21 Afferitur ratio pro nostra conclusione.
- 22 Non solum subditis, sed etiam exteri tenentur ad solvendas justas gabellas.
- 23 Emendat eo, ad quo scit defraudari gabellas certo justas, si vere cooperatur defraudacioni, tenetur ipse gabellam solvere pro venditore, secus si non cooperatur.
- 24 Quando certe, aut satis probabiliter constat gabellas in toto, vel ex parte injuste esse impositas, tunc potest quis eas, vel ex toto, vel ex parte subterfugere, & defraudare. Immo potest insuper uti occultis compensationibus, casu, quo in foro externo cogetur ad solvendum.
- 25 Quando est dubium de justitia gabellarum, sive dubium sit negativum, sive positivum, non datur in conscientia obligatio eas solvendi.
- 26 Afferitur, & solvitur instantia.
- 27 Afferitur consilium gravium Doctorum pro praxi Confessoriarum.
- 28 Gabella antiquitus solvebatur ob translationem cadaveris de uno loco ad alterum, & id duravit apud Romanos usque ad tempus Imperatorum Valentiniani, Theodorii, & Arcadii.
- 29 Praedicti Imperatores gabellam abstulerunt. Unde nunc de jure communi, quando corpora transferuntur de uno ad alterum locum, ut ibi tumulenter in transitu per oppida, vel parochias, seu in pontibus vectigal, seu portorium, seu quaecumque aliam gabellam nullimode exigere licet.
- 30 Idem dicendum de parochis praetendentibus aliquam portionem, seu stipendium percipere in translatione cadaveris per ipsorum Parochias.
- 31 Gabellarum, seu Dobanerum exigentes gabellam in excessu, tenentur ad restitutionem, & possunt puniri.
- 32 Neque consuetudo praeterita excusat.

37 Reliqua usque ad num. 71. satis summarie referuntur in decretis adductis.

GABELLA descendit a Gabbia voce Syriaca significante publicanos, qui conducebant vectigalia exigenda, & ministros eorum, apud Romanos quidem functionem honestissimam, quae non nisi equestri Ordini conferri solet, apud Judaeos autem, & Graecos infensissimam, & pae invidiosam, ut eorum libertati contrariam; *Sponian. ad ann. 31. num. 26. Nicol. in Flosculis verb. Gab. lib. num. 1. Gabella, dacia, talea, passagium, pontium, guidagium, & similes voces, quae apud Italos sunt species certi tributi, & exactionis, nemo ignorat esse ab interpretibus & tribio sermonis italici collectas; Lexicon Calvin. verb. Gabella: Unde quia multi sunt modi exigendi tributa, & haec variantur ex personis, a quibus exiguntur, ex rebus, de quibus solvuntur, ex titulis, propter quos petuntur, ex tempore, ex loco, ex quantitate, & aliis pluribus circumstantiis; ideo innumera videntur esse genera tributorum veterum, & novorum, quorum praecipuum nomina & significata ad uberiorem notitiam hic recensentur.*

Appellatur igitur istae exactiones, seu contributiones aliquando Tributum, sic dictum a contributione, vel ex eo, quod militibus tributatur; *Ulpijan. de verb. signific. leg. 77. in fin. & Festus lib. 17. Lexicon Calvin. verb. Tributum: Unde tributa postquam Augustus cum populo provincias partitus est, appellari coepta sunt, quae bello victae provinciae populo quotannis pendebant; Lexicon Calvin. loc. cit. Tributum stricte sumptum est pensio, quae subditis imponitur principi solvenda ad hoc, ut statum suum tueri, & communibus utilitatibus, ac necessitatibus congrue prospicere possit; Est in re communis. Dividitur in ordinarium, & extraordinarium. Ordinarium est, quod singulis annis ad dictum finem ex lege nova, vel antiqua in certa quantitate solvitur. Extraordinarium est, quod non in singulis annis, nec alitis certis, ac determinatis temporibus, sed ingruentibus extraordinariis necessitatibus ex mandato Principis juxta determinationem ejusdem a subditis solvi debet, prout plerumque fit tempore belli. Hujusmodi extraordinaria tributa alia vocantur exactiones, Talea, seu Talee, ita ut horum omnium nomine aliud non significetur, quam extraordinaria pensio, seu tributum, ut Alciat. super verb. Extraordinarium in leg. Placet de Sacrosancti. Eccles. Calvin. in Lexico Juridic. verb. Talea: ubi etiam dicit, quod Talea pro exactione est barbarum prorsus vocabulum, natum e schola imperatorum latinatis, cui multa id genus similia debemus. Tributum adhuc subdividitur in duo membra. Unum est, quod singulis personis, seu capitibus, nulla habita ratione facultatum, ponitur, & captivatio vocatur, cujus impositio modica solet esse, cum a singulis etiam minima fortunae famulis, & famulabus praestetur. Alterum vero, quod secundum aestimationem bonorum, quae quisvis possidet, taxatur, & imponitur; leg. 3. ff. de censibus, leg. 42. ff. de pact. leg. 32. in fin. de usufructu.*

Aliquando Vectigal, quod est id, quod rebus civitati invecis, vel vecis publico solvitur; *Alciat. in comment. ad leg. Inter publica ff. de verb. signific. Calvin. in cit. Lexico verb. Vectigal. Vectigalium jus proprie dicitur redditus, qui Principi, vel Reipublicae pro evectione, & invecione mercium in compensationem salvi conductus, ac reparacionem viarum, ac pontium in certo*

8 loco penditur; Ita cum aliis Calvin. loc. cit. Aliquando portorium, & hoc vectigal est, non tantum quod in portu, sed & quod in transitu portu pro exportandis mercibus solvitur; leg. 203. ubi vide Graedum ff. de verb. signific. leg. 3. Cod. de Vectigal. leg. 60. §. 5. ff. locat. Unde publicani, qui hoc vectigal redemerunt, Portitores dicuntur, Portorium rerum venialium dicitur Cic. in Pison. & cum aliis Calvin. in cit. Lexico, verb. Portorium. Aliquando Guidagium, & est illud, quod transeuntes dant pro salariandis hominibus, qui secure deducunt per loca vel aliis loci securitatem prastant; Glossa in cap. Quamquam in princip. de censibus in 6. Quod idem stricte loquendo significat pedagium: Guidagia enim sunt quasi pedagia; Cap. Super quibusdam 26. de verb. signific. Joann. Andr. in cit. cap. Quamquam de censibus in 6. Calvin. in cit. Lexico verb. Guidagia, Scardius verb. pedagium. Unde capiens pedagium, seu guidagium debet dare saluum conductum, & territorium ejus tenere securum, adeo ut teneatur ad resarciendum damnum, si transeuntes a raptoribus, vel aliis vias infestantibus, damnum patiantur; Calvin. in cit. Lexico verb. Pedagia, cum Archidiacon. & Baldo ibi cit. Scardius verb. Pedagium, Reiffenstuel lib. 3. Decr. tit. 39. num. 39. & alii. Guidagium, seu pedagium, est quod datur alicui pro securo conducto transeundi per terram alicujus; Cod. de raptoribus 36. part. 3. Calv. loc. cit. verb. Guidagium. Aliquando census, quia censebantur singulorum facultates ad ejus solutionem. Card. de 11 Lugo de justit. & jure disp. 36. n. 2. Aliquando collectio, quia colliguntur a singulis, seu prastantibus, quia prastantur, Lugo loc. cit. Aliquando stipendium, quia per stipendium colligitur, Lugo loc. cit. Aliquando gabella, & est illud tributum, quod in civitatibus, & pagis pro certis rebus, vino, cerevisia, frumento, carnibus vel aliis mercibus solvitur. Calv. in cit. Lexico Juridic. verb. Gabella. Dicta tamen nomina, licet ad diversa tributa significanda imposita sint, usu tamen confunduntur, & uno nomine cetera tributa, seu gabellas communitalis nominibus significare solemus. Unde hic pro nomine gabelle intelligimus quodcumque Tributum, seu quascumque Exactiones quocumque nomine appellantur.

16 Ad justitiam gabellarum, tributorum, & hujusmodi, tres potissimum conditiones requiruntur. Communis. Prima est, ut legitima auctoritate imposita sint. Unde gabellas, tributa, & hujusmodi imponere, & exigere possunt soli principes supremi in terris suis alium superiorem non agnoscetes; aut ii, qui a supremis Principibus privilegio, aut legitima consuetudine jam prascriptam facultatem has gabellas, tributa, & hujusmodi imponendi, consecuti sunt. Communis, ac certa, argum. c. Innovamus 10. de censibus, & cap. Super quibusdam 26. verb. signific. Secunda est justa causa. videlicet Principis decens sustentatio, considerato ejusdem statu, dignitate, & meritis in republicam; Necessitas, seu magna utilitas communis reipublice; Expunctio debitorum pro communi necessitate, seu utilitate reipublice contractorum, & hujusmodi; Communis. Si causa necessitatis, vel utilitatis sit perpetua, v. g. conservatio murorum, pontium, custodia civitatis, & hujusmodi, perpetua etiam potest imponi gabella, tributum, & hujusmodi. Si vero causa sit solum temporalis, & transitoria, ut defensio contra hostem tempore belli, reparatio destructorum pro hostes, & hujusmodi, tunc ea causa cessante, debet cessare etiam gabella, tributum, & hujusmodi; Communis, ac certa. Tertia conditio est modus debitus imponendi gabellas, & tributa, ut videlicet, exactio, seu contributio non sit nimia, sed moderata, & juxta mensuram cause, vel necessitatis, ob quam contribui debet, & secundum proportionem facultatum singulorum, ut non alii plus, alii minus graventur, quam justum sit; Communis.

21 Imponentes gabellas novas, nova pedagia, & hujusmodi sine dictis conditionibus preter restituendi obligationem incurrunr excommunicationem. Unde hic jurat adducere ad literam, quae habet Reiffenstuel. lib. 3. Decr. tit. 39. num. 42. ibi: "Colliges, Principes non tantum gravissime peccare, sed etiam ipso facto Excom-

municationi subjacere, ac insuper ad restitutionem tenentur. I. Quoties sine justa causa publica nova tributa, vectigalia, gabellas, vel alias exactiones, qualitercumque eas baptizent, imponunt subditis. II. Si plus exigunt, quam causa ipsa requirit. III. Si causa justa cessante continuant, nisi nova emergat. IV. Si antiqua tributa, aut vectigalia auget absque justa causa. V. Si antiqua, & extraordinaria tributa, aut vectigalia per se jam essent sufficientia ad causam, vel necessitatem presentem tollendam. Peccant etiam. VI. Si nimis, & excessivis luxu, pompa, lusu, conviviis, donationibus, recreationibus, zedificiis &c. omnino exhauriant aeraria, vel etiam debitis Cameram gravent, ut quavis urgente necessitate cogantur statim indicere nova tributa, vectigalia, gabellas, & id genus exactionem, cum aliis antiqua tributa, & aerarium ad tollendas similes necessitates, vel omnino sufficientia fuissent, vel certe cum magno sublevamine pauperum multum contribuere possent. Et in hoc habent, quod multum attendant Consiliarii, & Confessarii Principum, ne aliis vel muti cannes, vel adulantes politici, vel displicere timentes, & nse, & Principes in aeternum perdant, simulque miseris subditos plurimos, iisque gravibus oneribus, & exactionibus emungant. Certe severe scribunt de hac materia cuncti Doctores." Hactenus Reiffenstuel.

23 Defraudantes gabellas, tributa, vectigalia, & alia hujusmodi peccant pro materiae quantitate graviter, vel leviter, & ad restitutionem tenentur; Est communior, & reipsa vera sententia DD. & signanter hanc tenent Lugo disput. 30. sect. 4. Lessius lib. 2. cap. 33. dub. 1. n. 8. Molina disp. 674. Layman lib. 3. tractat. 3. part. 1. c. 3. num. 5. Covarrub. in cap. Peccatum de Regal. jur. in 6. part. 2. §. 5. num. 1. & 5. Diana part. 1. tractat. de legibus resolut. 19. Navarr. in manual. cap. 17. La Croix lib. 3. part. 2. num. 269. Sanchez lib. 2. consil. cap. 4. dub. 1. num. 8. Sporer loc. cit. num. 150. Gabriel, Silvest. Cajetan. Medina, Sotus, Sayrus, Corduba, Turrianus, Vega, aliique congesti ad Suarez lib. 5. de legibus c. 18. Vazquez de restitution. cap. 6. §. 2. dub. 2. Alfonso de Castro lib. 1. de lege penali cap. 9. & 11. ubi dicit, conclusionem adeo esse certam, ut contraria doctrina sit error, Reiffenstuel loco citato num. 45. ubi dicit, esse 24 communissimam aliorum contra Angelum, Henricum, Durandum, aliosque satis graves Doctores dicentes, subditos non obligari in foro conscientiae solvere ejusmodi gabellas, & tributa, antequam petantur ab exactoribus, quia, ut volunt ipsi, lex poenalis non obligat in conscientia, nisi ad poenam post Judicis condemnationem; Lex autem gabellarum, vectigalium, & hujusmodi solvendarum poenalis est, quia Magistratus intentio esse videtur, ut subditi, vel negotiatores, aut gabellas, & vectigalia solvant, aut si non solvisse deprehendantur, poenam solvant, quia communiter debet esse poena commissi, vel caducitatis, seu confiscationis mercis. Nec per hoc derogatur bono communi, nam unum defraudans deprehensus abunde solvet pro viginti occulte elapsis, & hanc sententiam tenent etiam Tabiena verb. Pedagium conclus. 3. Beja part. 2. car. 13. & in eadem inclinant Sotus lib. 3. quest. 6. art. 7. in fin. Toletus lib. 5. cap. 75. & probabiliter censet Lessius lib. 2. cap. 33. n. 55. Bonac. de restit. disp. 2. quest. 9. punct. 1. n. 3. & alii.

25 Ratio autem nostrae conclusionis est, quia justitia commutativa obligat semper in conscientia, etiam antequam petatur debitum; justae autem gabellae, justae tributa, & vectigalia sunt debita Principi ex justitia commutativa, tamquam Jure naturae debitum stipendium ad suum statum, & bonum publicum sustinendum; justitia enim commutativa postulat Principi publica onera compensari ab iis, quorum gratia sustinet ea, quia dignitas est operarius mercede sua. Tum quia lex, vel mandatum superioris justum obligat in conscientia, justa certissimam apud Covarrub. in cap. Peccatum de Regal. Juris in 6. part. 2. §. 5. num. 1. juxta illud Pauli ad Roman. 13. ibi: Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, non est enim potestas, nisi a Deo, quae autem sunt a Deo, ordinata sunt, itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, sibi ipsi dam-

damnationem requirunt. Adeoque justae gabellae, & justae tributa, vectigalia, & hujusmodi precepta a justa lege Principis sunt in conscientia solvenda; Tum etiam quia obligatio solvendi gabellas justas, justae tributa, vectigalia, & hujusmodi, est de jure divino, adeoque obligat in conscientia; ad Romanos enim cap. 13. dicitur expresse: Ideo enim & tributa prastatis, Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum servientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal. Et Matth. 21. Christus ipse quaestione facta de hac materia ostenso sibi Numismatico census dixit: Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo. Immo non tantum verbo, sed & exemplo docuit justas gabellas, & justae tributa, vectigalia, & hujusmodi esse solvenda, dum Matth. 17. pro se, & Petro tributum solvit. (Leg. 53. tit. 6. p. 1.)

26 Non solum subditi, sed etiam exteri tenentur ad solvendas justas gabellas, vectigalia, pedagia, guidagia, quia quoad usum pontium, fontium, viarum, & hujusmodi gabella etiam exteri idem imposita justificatur, cum ad illorum etiam utilitatem cedat: Sic recte Medina, Suarez, Vasquez, Azorius, Filiucius, aliique cum Sanchez dist. 45. num. 9. Bonacina loco cit. num. 4. La Croix lib. 3. part. 2. num. 275. Emens ab eo, a quo seculi defraudare gabellas certe justas, si vere cooperetur defraudationi, tenetur ipse gabellam solvere pro venditore, quia gabella est onus reale, quod cum merce transit ad ementem, & ipse, ratione suae verae cooperationis, esset causa damni, adeoque tenetur resarcire in defectu venditoris. Communis. Si vero non coopereretur, sed tantum permittat, Molina, Lessius, Bonacina, Dicastill. dub. 9. Sanchez dub. 12. Sporer loco citato num. 151. & alii dicunt non teneri, quia gabella non est stricte onus reale gravans mercem, sed merx tantum est veluti hypothea obligata pro gabella, si fiat excusio, & intentetur actio.

28 Quando certo, aut satis probabiliter constat, gabellas, tributa, & hujusmodi ex toto, vel ex parte in juste esse imposita, tunc potest quis ea, vel ex toto, vel ex parte subterfugere, & defraudare. Immo potest insuper occulta compensatione uti, casu quo in foro externo, uti ordinariis sit, ad solvendum cogetur; Sic Laym. lib. 3. tractat. 3. part. 1. cap. 3. num. 5. Molina disp. 674. Silvester verb. gabella 3. quest. 3. art. 14. Reiffenstuel lib. 3. decretal. titul. 39. num. 43. & post alios Sporer loco cit. num. 152. dicens in pro certo tenere omnes. Et ratio est, quia unicuique jure naturae concessum est damnum suum injustum impedire, vel resarcire, quatenus licite fieri potest, in eo autem casu exactionis gabellarum injustarum, seu quorumcumque injustorum tributorum subditi patiuntur damnum injustum, quod alia ratione impedire non possunt, nisi subterfugendo solutionem, vel si jam solvere coacti sint, occulte compensando, dummodo serventur conditiones justae compensationis, ut patet ex dictis verb. Compensationis, adeoque &c. Quando est dubium de justitia, absque eo, quod sit aliqua ratio probabilis pro, aut contra, sive dubium sit positivum, dum scilicet dubitatur de tali justitia, ex eo quod pro utraque parte sint rationes probabiles, non datur in conscientia obligatio ea solvendi; Ita communior, & verior, ac in praxi tuta sententia, quam tenent Lugo de just. & jure disp. 36. sect. 6. Sanchez lib. 2. consil. cap. 4. dub. 6. Molina disput. 674. num. 60. & Azorius part. 3. cap. 22. q. 7. Diana part. 7. tractat. 17. resolut. 59. Sporer loc. citato num. 154. Reiffenstuel loc. cit. num. 44. Cajet. Silvester, Medina, Armilla, Gabriel, Cordoba, & communis fere omnium, teste Cardinali de Lugo loco citato arg. cap. Pervenit 5. de censibus, & cap. Quamquam 4. eodem in 6. Et ratio est, quia in dubio debui melior est conditio possidentis, arg. cap. In pari 65. de Regal. Juris in 6. & ei, qui petit, incumbit probatio debiti. In proposito autem subditi possident adhuc bona fide res suas, & Principes pete gabellas, tributa, & hujusmodi, ut sibi debita, adeoque, donec a Principe probetur justitia gabellarum, tributorum, & hujusmodi, subditi non tenentur solvere.

29 FRANKF. BIBLIOTHEC. TOM. IV.

Videat hic prudens lector, num Censores Leges aequo animo possint doctrinam numeris 28. 29. & 30. expositam. Fac enim indubio de justitia tributorum licere aut dolo solutionem declinare, aut quidquid solutum sit occulte compensare, ubi tunc Principes securi esse poterunt de suis ex solutione tributorum proveniuntibus? Cum enim plerumque justae causae, quae Principem ad tributa exigenda movent, occultae sint, atque populo incognitae; & cum pauci ex plebe sint homines, qui justam agnoscere, ac decernere tributorum causam valeant, nec aliunde desint, qui causa etiam incognita, tributorum injustitiam praedicant, facile erit, si non omnibus, plerique saltem de tributorum justitia dubitare. Quamobrem pauci semper erunt in Republica homines, qui se ad tributa solvenda obligatos credant. Ubi ergo tunc esset debitum praepro Principis obsequium? Ubi debita eidem subjectio? Nam semel facta populo, ob dubium in ejus mente ortum de tributorum injustitia, libertate, statim Princeps veluti tyrannus contemnitur, ac animus debitam ei subjectionem exiit. Satis ergo est asserere cum Antoine de justitia, & jure cap. 5. quest. 17. in dubio de justitia tributorum solvendum omnino esse "quia in dubio justitiae debet praesumi pro justo praepro superioris possidentis jus praecipuum, & exigendi tributa, quod jus est altius, & majus jure, quod habent subditi in bona quae possident. Praeterea Principes saepe habent causas justas occultas. Immo etiamsi essent evidenter injustae sive ex toto, sive ex parte, tamen solvenda sunt, cum existunt ad vitandum scandalum, ac perturbationem publicam, ob quam causam quisque juri suo cedere debet." Haec quantum ad solutionem; ad compensationem vero quod attinet, satis notum est ex iis quae, quae Auctor exposuit, ubi de compensatione tractavit, compensationem permitti non posse, nisi in casu certo. Dubium ergo de tributorum injustitia satis non est ad compensationem hujusmodi permittendam. Accedit etiam doctrinam hanc pernitiosam reipublicae esse, cum fovendo adversus ipsam occultas compensationes, ad occultam eidem inferenda damna homines alliciat, ut consideranti patet.

Ex iis facile etiam est agnoscere, tutam non esse doctrinam num. 31. expositam. Si enim subditi, esse dubitant de tributorum injustitia, solvere illa tenentur ob superius allatas rationes, cogendi a Confessario sunt ad restitutionem illi, qui subterfugis solutionem declinaverint. Neque enim ex difficultate, quam patitur poenitentis ad restituendum, moveri Confessarius debet ad suum absolvendum a restitutione; Confessarius enim Judex est, qui cogere poenitentem debet ad suum cuique tribuendum.

Nec valet objicere, quod in dubio justitiae legis, & praepro praesumendum est pro justitia, & parendum Legislatori juxta communem. Non valet, inquam, quia verum quidem est, quod in dubio justitiae legis, & praepro praesumendum est pro justitia, & parendum Legislatori, quando non agitur de ipso Legislatoris interesse proprio, qui tunc praesumi potest partialis, ut quando non agitur de interesse ipsius subditi, seu inferioris, cujus rem suam possidentis meliori, & potiori conditioni praedjudicari non debet. Et in nostro casu praesumptio non stat pro ipso Legislatore, cum, ut patet, agatur de ipsius interesse, & etiam de interesse subditi meliori, & potiori conditione adhuc bona fide res suas possidentis. Tum quia nova gabellae, tributa, pedagia, & hujusmodi damnantur, & rejiciuntur, tum in Jure civili, leg. Non solent Codic. Vectigalia nova, tum in Jure Canonico, cap. Quamquam 4. de censibus in 6. ibi: Quamquam pedagium, exactiones, tam Jure canonico, quam civili regulariter merito sint damnatae, adeoque solvenda non sunt, quando de eorum justitia aperte non constat; arg. cap. Pervenit 5. de censibus, eo quod contra ipsas gabellas, tributa, & hujusmodi militet utrumque Jus, tam civile, quam canonium per textus mox citatos. Hinc pro praxi Confessorum placet referre consilium Molinae tom. 2. de justitia disputat. 673. num. 9. valde laudatum a Cardin. 31

T Lu-

Lugo cit. disp. 36. tit. 4. num. 42. à Sporer loc. citat. num. 156. La Croix loc. cit. num. 282. & ab alijs, & est, quod quando evidenter, vel satis probabiliter non constat de justitia gabelle, tributi, & hujusmodi, solvant, & non defraudent, ne nimis laxentur habent in præjudicium reipublicæ, & in spretum legum, & præceptorum Supremorum Principum. Post factum autem, & post jam defraudatas gabelas, & hujusmodi in ipso dubio, & incertitudine justitiæ ipsarum non sunt cogendi penitentes ad restitutionem, ne nimis graventur, & illaqueentur animæ, cum ex mille in similibus casibus vix unus restitutionem faciat. Unde, ut refert Card. de Lugo loc. cit. & ex ipso Rosignolus de restitutione, l. pranot. XI. sub num. 14. Potentissimus Hispaniarum Rex Philipus II. Ministris conquerentibus contra fraudatas gabelas, vectigalia, & hujusmodi sic respondit: *Sinite eos, furantur enim de suo.*

32 Gabella, vectigal, seu portagium, quamvis antiquitus solveretur, ob translationem cadaveris de uno loco ad alterum, juxta leg. Funeris 37. ff. de relig. & sumpt. fun. ubi Vectigalia; idque duravit apud Romanos usque ad tempus Imperatorum Valentiniani, Theodosii, & Arcadii, quapropter bene carpit Romanos Xiphilinus in Nerone, ubi: *Scitis quantum pendamus pro mortuis? Romanis solis, etiam mortui vivunt, ut aliquid ex his accipiant, neque enim mori licet apud eos sine tributo, & multa; Byoldus de arario publico cap. 4. §. 17. Pancirol. in Thesuro lib. 3. cap. 31. Cujacius observat. lib. 5. cap. ultim. & lib. 11. observat. cap. 21. Petrus Gregorius de republica lib. 3. cap. 6. à num. 21. prædicti tamen Imperatores lege lata hæc vectigalia abstulerunt, liberumque reliquerunt corpora de uno ad alium locum transferre, in leg. ultim. Cod. de Relig. & sumpt. funer. Unde de jure communi loquendo, quando corpora de uno ad alium locum transportantur, ut alibi funerentur, aut tumulentur, in transitu per oppida, vel parochias, per quas corpus transfertur, vel in pontibus vectigal, seu portagium nullimode licet exigere, ex dist. leg. ultim. Cod. de Relig. & sumpt. funer. ubi vectigal pro transferendo corpore de uno ad alium locum percipere expresse interdicitur. Et sic non posse exigi gabellam pro extrahitione, introductione, vel transitu cadaveris, reprobatis contrarium sentientibus, nervose probat Card. de Luca de Regul. disc. 166. occasione prætensionis excitatæ pro cadavere Card. Guberti Borromæi, qui obiit in oppido Neptuni, & transportatus fuit ad Urbem; & in fine testatur, ita vivæ vocis oraculo decimum fuisse à San. Mem. Alexandro VII. occasione ejusdem prætensionis Dohanerorum pro translatione cadaveris Infantis Margaritæ de Sabaudia, quæ in Urbe pie decedens Assissi sepulturam elegerat; Quem alijs adductis sequitur Add. ad Pamphil. decis. 323. n. 9. Ursaya Institut. erim. lib. 8. num. 40. & late sic etiam tenet cum plurimis alijs Amostaz. tom. 2. lib. 6. de causis pñis à num. 40. ubi sub num. 44. subjungit, quod cadavera ad mercimonium trahere, & quæstum de eis percipere odiosum est, cap. Quæsitæ 12. & cap. Postquam 13. caus. 13. quest. 2. Unde nulla valet considerari ratio, ut simile portagium, seu vectigal percipi possit in translatione cadaverum. Et num. 45. addit, similiter esse dicendum de Parochijs volentibus aliquam portionem, seu stipendium percipere ex translatione cadaveris per ipsorum parochias, hoc enim nullo jure decretum est.*

35 Gabbellarii, seu dohanerii exigentes gabellam in excessu tenentur ad restitutionem, & possunt puniri; l. Locatio alijs licitatio 9. §. Quod illicite ff. de publicanis, & leg. 3. Cod. Vectigalia nova, per quæ Jura dedidit Publicanus exigentem gabellam in excessu, & ultra modum, teneri ad restitutionem, quinimmo & puniri posse disponit textus in leg. 4. Cod. Vectigalia nova Bajard. ad Cla. §. Furtum, Galeot. respons. fiscal. 10. numer. 17. cum sequent. Card. de Luca lib. 2. de Regalibus disc. 71. num. 4. Neque consuetudo præterita excusat, quoniam ista tamquam contra legem censenda est potius corruptela frequenter, & de facili per hujusmodi Publicanos, & gabbellarios, seu dohanerios indu-

ci solita, ideoque ubi etiam non per ipsosmet, sed per prædecessores introducta esset, id operari posset excusationem a delicto, & à pœna, non autem à restitutione exacti; Franc. Marc. decis. 421. Fichin. contril. 61. lib. 2. Gattier. de Gabell. quest. 3. num. 14. apud quos ceteri. Hinc, ut recte notat Sporer loc. cit. num. 144. cautissime debent procedere Confessarii circa gabbellarios, telonarios, & similes officiales, qui inscio Principe propria auctoritate certas expensiones sibi exigunt, & in consuetudinem deducunt, nunquam, aut difficulter abrogandam. Quamvis enim aliquando excusari videantur ob justam causam, vel compensationis ob defectum stipendii, vel extraordinarii laboris, & molestiæ, vel quod homines benevolentia, vel gratitudine ultra liberaliter donare videantur, omnia tamen periculosa, & caute trutinanda à Confessario; Hæc Sporer.

37 Gabella carnis noviter imposita non est solvenda à Clericis. Ead. Sac. Congreg. Immut. in Asculana 30. Marti 1628. lib. 1. decret. Paul. pag. 94.

38 Gabella vini, vulgo della Foglietta, non est solvenda à vendentibus vinum in civitate Lauretana, nisi venditores sint cauponæ, vel ut dicitur diano da mangiare. Ne huic resolutioni obstet constituit. Clementis VIII. super extinctione recentiorum victualium; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Lauretana 18. Julii, 1629. lib. 1. Decret. Paul. pag. 145.

39 Clerici, & ecclesiastici vendentes vinum recollectum in proprijs bonis minutatim in suis domibus, non tenentur ad gabellam vulgo dictam della Foglietta; & cognitio fraudum, quæ desuper fieri possunt, spectat ad Judicem ecclesiasticum; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Ravennas Spoletan. & alijs 25. Septemb. 1627. leg. 1. Decret. Paul. pag. 67. Nolana 26. Januar. 1644. lib. 3. Decret. Paul. pag. 218. Theatina 15. Martii 1661. lib. Decret. Rocci pag. 323. Favent. 25. Januar. 1677. lib. 2. Decret. Alt. pag. 1338.

40 Sacra Congreg. inherendo decretis alijs factis censuit, personas ecclesiasticas, tam Seculares, quam Regulares vendentes vinum minutatim in proprijs locis, & domibus, recollectum in eorum bonis, non teneri ad solutionem gabellæ etiam vigore consuetud. Sixti V. dummodo ibidem non dent, ut vulgo dicitur, da mangiare, e non facciano Bettole, à quibus debent abstinere ratione honestatis clericalis; cognitionem autem fraudum, quæ desuper committi possunt, spectare ad Judicem ecclesiasticum; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Ascul. 23. Jan. 1646. lib. 3. decret. Paul. pag. 268.

41 Ecclesiastici non tenentur ad solutionem gabellæ dictæ della Foglietta pro vino vendito in proprijs domibus minutatim, & recollecto in eorum bonis, cum communitas nunquam appaltaverit dict. gabellam juxta scriptum Bullæ Sixti V. sed solum juxta quædam Capitula communitatis; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Auxim. 2. April. 1680. lib. 2. decret. Altov. pag. 1954. Item non tenentur ad gabellam pro vino minutatim vendito, & pignus desuper factum est iis restituendum; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Callien. 1. April. 1704. lib. 3. decret. Vallem. pag. 568.

43 An ecclesiastici vendentes vinum minutatim possint permittere, ut ementes bibant vinum emptum, dum degunt in eorum cellis vinariis, seu auditis, & ibi manducant res comestibiles per ipsos emptores secum latas? Sac. Congreg. respondit: Serventur litteræ Sac. Congreg. Sublevaminis sub die 4. Junii 1656. in Tudertina, quibus hoc cavetur, & dicitur esse facere (ut vulgo ajunt) Berulam; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Faventina 5. Marti 1697. lib. 2. decret. Vallem. pag. 78. in Tolentin. 15. April. 1699. ibi pag. 215. in Firmiana 19. Augusti 1704. lib. 3. decret. Vallem. pag. 605. Quære Ecclesiastici, vel se abstinere à venditione vini minutatim cum permissione ementibus manducandi, vel solvant gabellam dictam della Foglietta; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Camerin. 4. Decemb. 1680. lib. 2. decret. Altov. pag. 2105.

45 Vinum ecclesiasticorum non potest vendi in cauponæ sine solutione gabellæ dictæ della Foglietta; Ead. Sac. Con-

Congreg. Immut. in Senog. 12. Julii 1678. lib. 2. decret. Altov. pag. 1612.

46 Pro vino recollecto in proprijs bonis, quod Canonici Lateranenses faciunt vendere in domo per eos conducta, solvi non debet gabella dicta della Foglietta, si ibi non vendantur comestibilia ad edendum; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Ravennat. 1. Decembr. 1638. lib. 3. decret. Paul. pag. 81.

47 Vinum quod ab ecclesiasticis traditur ad vendendum, assignata certa mercede ei, qui curam habet vendendi, debet esse omnino exemptum à quacumque gabella vino imposita; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Ulisipon. 1. Decemb. 1638. lib. 3. decret. Paul. pag. 82.

48 Canonici non tenentur ad gabellam pro eo quod minutatim vendant vinum absque comestibilibus; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Lauretana 27. Julii, 1654. lib. 2. decret. Paul. pag. 193.

49 Personæ ecclesiasticæ sive vendentes, sive ementes vinum minutatim, non comprehenduntur sub gabella imposita vendentibus, & ementibus vinum; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Nolan. 12. Julii 1649. lib. 4. decret. Paul. pag. 123. Gaudere debent exemptione à gabella vini, tam personæ ecclesiasticæ vendentes, quam ementes ab alijs; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Taurinens. 11. Septemb. 1634. lib. 2. decret. Paul. pag. 202. Congregat. 14. Jan. 1654. lib. 3. decret. Paul. pag. 5.

51 Taxatio quoque exemptionis, seu franchitiæ super oneribus vini, & molituræ singulis ecclesiasticis assignandæ non spectat ad Judices laicos, nec cognitio controversiarum quæ illorum occasione oriri possunt, sed ad Judicem ecclesiasticum, prævio tamen beneplacito apostolico; taxatio insuper vini, & frumenti non est faciendæ pro singulis tantum ecclesiasticis, sed etiam pro omnibus, qui vivunt expensis ecclesiasticorum; Eadem Sac. Congreg. Immut. in eadem Taurin.

52 Rata, seu portio vini spectans ad ecclesiasticos est dumtaxat exempta ab oneribus, cognitio vero super hujusmodi portione spectat ad Judicem ecclesiasticum. Ad obviandas fraudes committendas ab ecclesiasticis, quarum cognitio spectat ad Judicem ecclesiasticum; hic pro opportuna provisione prohibere potest ecclesiasticis, nec recipiant in proprijs cellis vinariis vinum laicorum; Ead. Sac. Congreg. Immut. in eadem Taurin.

53 Vina recollecta in feudis ecclesiasticis excipiuntur ab oneribus in eadem Taurin.

54 Personæ ecclesiasticæ gaudent exemptione à gabella vini, dummodo non adsit fraus; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Januens. 5. April. 1647. lib. 4. decret. Paul. pag. 10.

55 Bannimenta laicalia super venditione vini non possunt comprehendere ecclesiasticos; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Lycien. 30. Junii 1632. lib. 4. decret. Paul. pag. 130.

56 Absque solutione ullius gabellæ Episcopus potest vendere vinum propriæ mensæ, dummodo nihil indecens intercedat; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Asculana 5. April. 1672. lib. 1. decret. Altov. pag. 677.

57 Episcopus teneatur jura ecclesiasticorum vendendi vinum minutatim recollectum in eorum bonis, vel in proprijs domibus, vel in apothecis in civitate ad hunc effectum electis, & per laicos ad hunc effectum deputatos contra edictum gabbelliarum prohibens cuiquam recipere vinum ad effectum vendendi sine eorum licentia; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Callien. 14. April. 1603. lib. 1. decret. Vallem. pag. 170.

58 Ecclesiasticus Faventinus introducens Ravennam proprium vinum, partim per aquam, partim per viam

Terræ tenetur tantum ad gabellam vini introducti per aquam; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Favent. 20. Novemb. 1685. lib. 3. decret. Altov. pag. 509.

59 Ecclesiastici medio eorum juramento assignent quantitatem vini recollecti per ipsos in proprijs bonis, & deinde consignent attestationem mulioni de vino, quod extrahetur, ad evitandas fraudes. Ead. Sac. Congreg. Immut. in Faventin. 4. Marti 1688. lib. decret. Mart. pag. 282.

60 Denegatur facultas petita, quod ecclesiastici teneantur consignare notam vini deputato civitatis ad effectum illud appetiendi, etiamsi adsint conditiones, quod pretium debeat esse justum, & Ecclesiastici non teneantur solvere gabellam, & etiamsi una cum Ordinario consenserint; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Sulermit. 26. Februar. 1636. lib. 2. decret. Paul. pag. 245.

61 Quoad exemptionem à gabella vicini, ut dicitur, à minuto, dantur D. Nuncio litteræ adinstar earum, quæ date fuerant Episcopo Lucano sub die 26. Nov. 1655. quibus est injungebatur, ut prohiberet Regularibus suæ jurisdictionis ne venderent comestibilia, sive cocta, sive cruda Secularibus quovis prætextu sub penis sibi bene visis; Ead. Sac. Congreg. Immut. in Neap. 12. Marti 1694. lib. 1. decret. Paul. pag. 177.

62 De gabella sine beneplacito apostolico imposita venditoribus laicis super rebus ad victum necessariis, puta carne, vino &c. an ea lædere censetur immunitatem ecclesiasticam, non incongrua est hic questio.

63 Examinavit eam ex professo clar. mem. Card. Luffredinus occasione talis gabellæ anno 1740. impositæ à Senatu civitatis Ulisiponen. Auctoritate Regis; & affirmativam tenuit sententiam, idque quia licet gabella non sit imposita personis ecclesiasticis, sed laicis, onus tamen novæ illius gabellæ afficit non minus ecclesiasticos quam laicos; & hoc quia res illæ, atque ecclesiasticis, ac laicis sunt necessariæ; & ab omnibus cariori pretio sunt emendæ propter impositionem gabellæ onus. Læsa autem dicitur ecclesiastica libertas, etiamsi indirecte, & tacite graventur ecclesiastici, præsertim postquam Summus Pontifex excommunicationem fert in Principes, qui ecclesiasticis etiam indirecte gabellas imponunt.

64 Idque procedere ait, etiamsi gabella de qua disseritur, imposita sit ob communem utilitatem tam laicorum, quam ecclesiasticorum. Hæc enim communis utilitas justam præbere valet causam imperandi à Summo Pontifice facultatem gravandi etiam ecclesiasticos, nequaquam vero potest sustinere gabellam sola auctoritate Magistratus secularis impositam. Consule mox laudatum Auctorem respons. ecclesiast. 25. per tot.

65 Ceterum si agatur de gabella absque Apostolico beneplacito imposita super alijs rebus, licet ejus onus per accidens afficiat ecclesiasticos, non dicitur lædere libertatem ecclesiasticam, adeoque sustinetur; Idem Auctor, ubi supra num. 11. ibi: *Atque hinc facile declinat auctoritas Molinæ, quem specialiter laudat Theologus Lusitanus in tract. 2. disp. 663. num. 6. ubi agens de vectigali nuncupato alcabala, quod laicis impositum est pro venditione rerum tam mobilium, quam immobilium, probat eam non repugnare ecclesiasticæ immunitati per hoc, quod Clerici eas res ementes cariori pretio emere cogantur. Etenim observandum est, quod cum Rex Alphonsus XI. ad Mauros ex Hispanijs depellendos cogitaret de imperando tributo, quod à Nobilibus, non autem à plebe solvendum esset, Nobiles, ut suam à tributis exemptionem servarent illæsam, obtulerunt se soluturos trigessimam, aut vigesimam partem pretii rerum omnium, quæ venderentur, indeque ortum est vocabulum alcabala.*

Personæ ecclesiasticæ vendentes, sive ementes vinum minutatim, an comprehendantur sub gabella imposita vendentibus, & ementibus vinum, expressum advertitur. (1)  
 (2) An bannimenta laicalia super venditione vini possint, vel non comprehendere Ecclesiasticos, jam peracta est ejus decisio. (2)

(1) Vid. verb. Clericus, art. 3.  
 (2) Vid. verb. Bannitus.  
 ERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. IV.

*navala*: idest: *aliqua*; atque ita fieri coepit sub annum 1342. Promptum itaque est intelligere, quod in origine impositionis huius tributi non venit in mentem cogitatio, & desiderium gravandi Clericos, sed sincere, & bona fidei fuit dumtaxat cogitatio de exigendo hoc tributo à laicis, ex pretio ad eos perventuro, dum res suas venderent. Idcirco autem Molina inquit momenti non esse, quod ratione talis oneris per accidens augetur pretium, quo in discrimina- tione res illæ emuntur sive à Laicis, sive à Clericis, prout etiam contingit in portoriis, sive gabelis, quas mercato- res solvant pro transvectione mercium venalium, cum in his vectigalibus imponendis vere non alter habeatur respectus, quam ad ipsos mercatores, qui negotia- tionis causa merces asportant; ideoque per acci- dens fit, quod inde augetur pretium, quodque etiam Clerici emptores earum mercium idem pretium solvant, quod laici, prout eo exemplo utitur ipse Molina. ¶

(Gabellarum quot species, cui jus collectandi, & eas imponendi, hic inserere absdubio decrevit: materia hæc sterilis non est, à multis propterea quod pertingit, & ideo aliarum nomina dumtaxat hoc in verbo referentur, aliqui, qui eandem materiam pertractantes, & nostri corporis legislativi multi tituli, & speciales decisiones: nomina sunt videlicet, *Vectigal*, *Portorium* vulgo *Portazgo*, *Cantillaria*, *Solarium*, aliud *Portorium*, vulgo *Portazgo*, *Gabelle*, *Decima*, *Anno- na*, *Martiniega*, *Marzango*, *Almojarifango*, *Haberia*, *Relevium*, *Tributum*, *Manjerimiento*; si in promptu ho- rum nominum significationem, præter supra scriptam, qui- libet habere voluerit, adeat ad D. Didacum Balmaseda de la Puente in suo tract. de *Collectis*, ibique per multas remissiones inveniet, inter eos, quorum fit remissio, DD. Joannes de Solorzano & Pereyra tom. 2. lib. 1. §. 2. numeratur. Perlegere non omittat Oterum de *Officialibus* *republica* lib. 2. cap. 20. qui fere omnium hispaniæ tribu- torum efficit adnotationem.

Mente retine add. hisp. lib. B. ex pag. 407. ad 418. vid. remis. pag. 408 in *novis* §. lit. C. pag. 145. si omnia hic inserta bene perpendantur, quæ solvantur ho- die, aliquorum fit mentio. Ex nostrarum legum codi- cibus recognoscere leges 2. tit. 1. 25. tit. 9. part. 2. 10. §. 23. tit. 18. p. 3. 5. tit. 7. p. 5. 5. tit. 10. p. 7. tit. 10. §. 13. lib. 6. Ord. Reg. leg. 19. tit. 6. lib. 3. tit. 11. 12. §. 14. lib. 6. §. lib. 9. ex tit. 20. Ex Recop. Ind. tit. 4. lib. 6. 14. §. 15. lib. 8. 8. §. 9. lib. 9. Ni fallor, abso- lutam instructionem accipis, si omnia in eis compre- hensa memorie tradantur.

Doctrina num. 19. proposita, dum causa concessio- nis gabellarum est perpetua, seu temporalis, nam ces- sat hæc contributio, causa cessante, est plene nostris temporibus confirmata; patet omnibus quanto studio, & in vassallos amore Rex Catholicus se exhiberit, ut

Oritur questio, an ledatur immunitas ecclesiastica, eo quod gabella rem quamlibet vendentibus impo- natur laicis, licet per accidens ecclesiasticos afficiat: nihil asserendo pro rebus ad victum necessariis, subsiste- re absdubio consideratur omnem impositionem similis naturæ: verum est, ecclesiasticos cariori pretio emere; sed ad eos nullus habetur respectus, sed ad venditores. Anno M.CD.XCL. jam Clerici, ecclesiæ, monasteria, & ceteræ exempti sollicitarunt, vectigal haud esse à venditoribus solvendum, quia, si secus fieret, pretio cariori emerent propter onus gabellæ, quo casu nullum commodum eis afferrent sua privilegia; nihilominus fuit provisum, similes contrahentes, videlicet, laicos venditores non esse ab ea excusandos, adeo ut, si ad solvandum isti non compareant, res in obligatione constituuntur. (1)

(1) Remis. 21. tit. 3. lib. 1. Los que vendieren à Iglesias, Clerigos, y monasterios paguen la alcabala por entero como si vendiesen à Legos. L. 1. tit. 17. lib. 9. Mandamos que los vendedores paguen el alcabala: L. 8. *ejurd.* Porque los Clerigos, é Iglesias, y monasterios, y otras personas exentas compran here- diamientos, y otros bienes, y pretenden que los ven- dedores no han de pagar alcabala, diciendo que si la pagasen vendrian ellos à comprar mas caro, y que por esta razon les ha de aprovechar su privilegio; por qui- tar esta duda, mandamos que si los dichos Clerigos, Iglesias, y monasterios, y otras personas esentas com-

Gallos, & Anglos inter se belligerantes pacificaret. Quæ non præstitit, ut fatale incendium quod immi- nebat, ab hoc regno averteretur? modis omnibus eos in compositionem deducere intendit: regia officia nil consequi mereretur, immo Aula Londinensi non bene se gerente, quid supererat quam ut Splendor regie digni- tatis sustineretur? ideo, postquam via fure exco- gitata diversæ, ne impositiones vassalli paterentur, & vires in ejus conservatione deficerent, non potuit non aliquod onus signare Reg. Sched. 11. Decemb. an. 1782. scilicet lingua vernacula *La extraordinaria*: contribu- tio equidem erat per quam ordinariæ conlationis tertia pars augetur, hoc est, si decem pro anteriori tem- pore solvebantur, quindecim satisfacerent. Etiam fuit de- cretum, omnes pecunias, ex quibus annui redditus pro- venire debebant, ad majoratus, patronatus, operave- pia spectantes, Reg. Sched. 19. §. 23. Mart. an. 1780. & quæ postea redimerentur, super regiam gazam, vulgo regio redditis *del Tabaco* impositum iri ceterum dic- tarum dispositionum causæ, videlicet *belli indiditio*, cum supersederent, illico fuit sublata extraordinaria contribu- tio, & impositionis prohibitio suspensa mansit, cuiquam- que facultatem concedens, ut libere possit huiusmodi pe- cunias super regiam gazam imponere, aut sub particu- larium hypothecis. Reg. Sched. 14. Decemb. an. 1783.

GEOMANTIA. Vide verb. Superstitio num. 16.  
GRADUS AFFINITATIS, & CONSANGUINI- TATIS. Vid. v. Affinitas art. 2. num. 14. & verb. Impe- dimenta art. 1. à num. 32.

Hic inseritur, quod in fine verb. Fur: manet animadversum, utpote ibi prætermisum.

(Inspecto quam parum in hac materia Auctor se ex- planet, admiratione dignum non erat, si cetera in nos- tris legibus contenta (præter in additione hispanica re- perta) adjicerentur; nihilominus quod sufficiens vide- retur ad lit. A pag. 40. ad 42. lit. C ex pag. 205. ad 209. col. 1. pag. 212. ad 214. lit. D pag. 2. pag. 60. ad 63. lit. E pag. 236. num. 47. §. 237. num. 59. in fin. lit. F pag. 4. ad 9. remissiones efficere: cum lit. R pag. 14. de *Rapina* loquendo, ad hoc verbum Auctor se refe- rat, subnecti debent aliqua super utrumque determina- ta.

Hic pertinent tituli 12. §. 14. part. 7. Fori Reg. tit. 4. §. 13. lib. 4. Ord. Reg. tit. 16. §. 18. lib. 8. Recop. Castel. tit. 11. §. 12. lib. 8.

Inter vim, furtum, & rapinam discrimen consti- tuitur, licet illa in hisce possit versari; circa vim lit. V. fiet sermo: hic de *rapina*, & *furto* pertractabitur.

Quatuor leges titulus 13. amplectitur: quid sit rapi- na, in prima; in secunda, à quo res rapta peti possit; de

præren bienes algunos de Legos, que los vendedo- res hayan de pagar la alcabala, como si los vendiesen à personas legas, y que esto haya lugar, y se guar- de no embargante que los compradores exentos compra- los bienes horros de alcabala; y si los vendedores no pudieren ser habidos, que de los heredamientos, y otras cosas que vendieren à los dichos Clerigos, y per- sonas exentas se pueda cobrar el alcabala; por lo qual queremos, y mandamos siempre, y en todo caso, y en todo tiempo sean obligados los dichos heredamien- tos, y cosas que fueren vendidas.

de penis in raptores, in tertia; in quarta denique quo modo de hoc maleficio dominus teneatur; Tripliciter consideratur, sed in præsens dicitur quæ palam de suis bonis, vel ab eo possessis alteri fit, hoc est, depræda- tio rerum alienarum: cuiuslibet, cui fuerit ablata, actio competit, & hæredibus, saltem ad rei recuperationem, si per defunctum non fuerit in iudicium deducta, in raptores, & eosdem succedentes: pena in triplum pecuniaria exercetur; pariformiter omnibus quorum in- terest, furti actio conceditur leg. 4. tit. 14. in furem, sive ejus hæredes, leg. 20. non vero si in eos, qui n. 56. ad 61. referuntur, proceditur, nam etsi possit intendi recuperatio rei furtivæ sic ab eis abalienatæ, non datur in eos actio furti: in eis auxiliantes, & consilantes da- buntur, & quando auxilium aliis furtibus extrans præ- benter, si consideratur, auxilio seu juvamine deficientibus, maleficium tale non iri commissum (etiam leg. 1. tit. 12. lib. 4. For. Reg. tit. 14. cum ab Auctore pro- posita convenit: ideo qui crediderit, rem voluntate do- mini intercedente contraclari, furtum non committit: amplectitur prædicta descriptio non solum si rei contrac- tatio evenit, verum etiam usque, seu possessionis, ex- tra conventum ea utendo, sicut in Commodato, Deposito, & Pignore contingit (Vid. leg. 3. tit. 14. sup. lit. C & D leg. 20. tit. 13. part. 5. in qua de pignore tracta- tur.) Hæc sufficiunt; nam cetera, quæ expenduntur in dicto titulo 14. triginta decisiones amplectente, si loci supra in exordio hujus adnotationis citari recognoscun- tur, invenientur. Verum est quod nil aliud in prædictis legibus ostenditur quam contra quos debeat simili actio- ne procedi: non competit rei furtivæ domino, si per ho- mines non bona existimationis, domi suæ receptos de- linquantur: quo obligatio adversus nautas, cauponas, & stabularios de furto per domesticos factas (Ad rem l. 5. tit. 25. p. 7. in qua tractatur de ejicientibus res aliquas per fenestras, damnum propter ejectionem causantes) leg. 26. tit. 8. 7. tit. 14. p. 5. sup. lit. D. contra eum etiam qui servo (Convenit tit. 14. lib. 4. For. Reg.) vel filio ad furandum vel fugiendum induxerit, si ad eum- dem rem ablata pertrulerit: penæ decernuntur in eos, limites seu fines terminorum communium, seu particu- larium evellentes.)

## GRÆCI.

1. Græcæ Ecclesiæ laudabiles consuetudines, jejunia, ritusque immutari nequeunt inconsulta Sede Aposto- lica. Benedic. XIV. tom. 1. constit. 87. incip. Deman- datam §. 3.

2. Græci Italiæ, & Insularum adjacentium subjiciun- tur ordinariæ Jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcoporum Latinorum, in quorum diocibus man- ent. Item constit. 5. incip. Etsi pastoralis §. 9. Ita tamen ut iidem Episcopi Vicarium Græcum retineant

4. pro negotiis, & causis Græcorum; Idem *ibid.* Quem- admodum Metropolitanus pro causis Græcorum vigore appellationis ad se delatis Judicem Græcum deputare debet. Idem *ibid.* Si vero proprium Ordinarium Græcum habeant, ab Episcoporum Latinorum jurisdictione, & visitatione exempti esse debent. Idem *ibid.*

6. Græcorum filii quo ritu baptizati debeant; Vid. verb. Baptismus. Infantes Græcorum ad ejus Parochi Jurisdic- tionem pertinent, cujus ritu sunt baptizati. Laud. Ponti- fex in cit. constit. 57. §. 2.

8. Græcorum Ordinationes in Italia duobus Episcopis delegantur; uni Romæ commoranti, & alteri in Cala- bria in Collegio Corsino. Idem *ibid.* §. 7. Exclusis schis- maticis Episcopis, & etiam Latinis, quantumvis loco- rum Ordinariis. Idem *ibid.* Prædicti tamen Episcopi ad Ordinationes Græcorum deputati, nullam habent ordi- nariam jurisdictionem; Nec ordinare possunt aliquos abs- que dimissoriis Ordinariorum præter Alumnos collegii Corsini. Idem *ibid.* Tam ipsi quam alii quicumque Epis- copi Græci Latinos ordinare prohibentur, sub pena sus- pensionis. Idem *ibid.*

Græci ordinati ritu latino cum dispensatione apos- tolica, promovendi possunt ad reliquos Ordines ritu Græ- co. Si vero ordinati fuerint ritu latino absque dispensa- tione, coguntur remanere in ritu latino, maxime si post susceptos Ordines latine vixerint. Idem *ibid.* §. 7.

Græcis Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis per- mittitur retentio uxoris, quam ante Ordinem Sacrum du- xerint unicam, & virginem. Si vero bigami sint, ad Sa- cro Ordines promovendi non possunt. Et si post Ordines susceptos matrimonium contrahant, separandi sunt, & ab Ordine deponendi. Idem *ibid.* §. 7.

Græci Laici communicari possunt sub specie azymi in Ecclesia Latina, ubi desit Ecclesia Græca. Numquam vero latini sub specie fermentati. Idem *ibid.* §. 6. Græci non aliis libris ecclesiasticis in sacramentorum adminis- tratione, & missis, divinisque officiis celebrandis uti possunt, nisi iis, qui per Congregationem à S. Sede Apostolica emendationi librorum hujusmodi deputatam, correcti, typisque impressi fuerint. Idem *ibid.* §. 9.

Græcorum, & Latinorum præcedentæ desumi de- bent à dignitate personali, ab ordine, & antianitate. Idem constit. 57. incip. Etsi pastoralis §. 9. Græco-Mel- chite latino ritu baptizati de præterito eligere possunt, quo ritu vivere velint; imposterum vero sic baptizati, græcum ritum sequi tenentur. Idem constit. 87. incip. Demandatam §. 18.

Græca lingua legitur evangelium, & epistola in 20 missa pontificali Papæ. Et id olim fiebat per Monachos Basilianos Cryptæ Ferratæ; donec ad Alumnos collegii Græci manus istud translatum est. Idem tom. 2. consti- tut. 33. incip. Inter ritus. Græci sine ullo proprii ritus detrimento latinorum Antistitum jurisdictioni subsunt. Idem *ibid.*

Apud Græcos gradus octavus consanguinitatis, vel 25 affinitatis respondet quarto gradui apud Latinos, & in hujusmodi gradu matrimonia prohibentur. Idem citat. constit. 57. incip. Etsi pastoralis §. 8.

A Græcis in Sacris Ordinibus constitutis recitari de- bent bora canonica. Idem *ibid.* §. 7.

Græci in Latinorum Episcoporum diocibus com- morantes impediri non debent, ne suis ritibus vivant. Idem constit. incip. Allatæ sunt §. 13. A Græcis & Orien- talibus ritibus non licet ad latinum transire absque dis- pensatione apostolica. Idem *ibid.* §. 21. Græci, qui ritus suos ita sectantur, ut latinis damnetur tanquam impro- bos, sunt hoc ipso heretici. Idem *ibid.* §. 22. Græci non sunt à latinis Ecclesiis arcendi, ubi præsertim propria- carent Ecclesia. Idem *ibid.* §. 41.

Uxores ante ordinationem ad Ordines Sacros accep- tas jure retinent Græci Sacerdotes. Idem constit. incip. Allatæ sunt §. 13. & 22. Vide supra num. 13. ad 15.

Italo Græcis duo constituti sunt Græci Episcopi, qui eosdem ad Ordines promoveant. Idem constit. incip. Allatæ sunt §. 15. Constitutiones pro Italo-Græcis editæ Græcos Græcis Episcopis subjectos non afficiunt. Idem *ibid.* §. 15. §. 16. Nec ipsis Italo Græcis licet sine dis- pensatione apostolica ad latinum ritum transire. Idem *ibid.* §. 21.

Italo Græci mentionem Romani Pontificis in missa facere debent. Idem constit. incip. Ex quo primum §. 17. Italo Græci quoad commemorationem in missa habendam, latinam disciplinam sequi tenentur. Ideoque nec Episcoporum, nec Patriarcharum Orientalium commemorationem facere debent in sacrificio missæ. Idem *ibid.* §. 21. Italo Græci kalendario novo uti debent: Attamen quandoque ex peculiaribus circumstantiis iidem permis- sus est veteris kalendarii usus. Idem dict. constit. Allatæ sunt §. 44. (Vid. lit. A. pag. 146. in *novis*. addit. hisp.)

## GRASSATOR, GRASSATIO.

Grassator viarum, quamvis à multis cum latrone confundatur, stricte tamen loquendo unus differt ab alio. Nam Grassator dicitur ille, qui in itineribus frequentatis, aut stratis publicis prædæ causa homines